

Panor. super secunda Primi

16. dū dicitur: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit & in cælis. Vel potest etiam dici quod loquitur de illo, quod habet Ioh. vi. c. Petre pasce oues meas. facit quod habet super. de elec. c. significasti, & quod consuevit dici in c. translatio. sup. de consueti. Item ibi: A pamen. hæc ecclesia Apamen. Archiepiscopalis est: sed Tripolitana Episcopalis est, ut patet. inf. ex litera. Item ibi: Quantum ei licuit, quare hoc dicit, patet ex his, quæ habentur in gl. penult. No. r. q. Papa videtur recipere potestatem immediate a Deo, facit quod habet infra de iudica. nouit. Et not. et. q. ex tali potestate processit potestas concedendi canones. Materia autem canonum processit ex autoritate veteris, & noui testamenti infra de accus. c. qualiter, el. 2. & oportet. No. q. in materia concernente dignitatem, expressio nominis non restringit dispositionem ad personam, sed censetur realis esse dispositio. Et sic potestius operatur natura subiectæ materie, quam nominis proprii expressio, facit quod not. & legi. in l. si communis seruus. ff. de stip. ser. per Bar. in l. post mortem. ff. quando ex fac. tur. Et per prædicta patet, quod priuilegia concessa prelato acquirantur dignitatis, & priuilegiū illi concessum censetur esse concessum ecclesiæ, facit quod habet infra de testa. c. requisisti. No. q. regulariter maiores causæ sunt referendæ ad Papam, facit quod habet de elec. c. quamuis, in 6. & infra de app. c. vt debet, ad fi. No. quæ dicantur maiores causæ, quia ille, quæ sunt. Apostolicæ reseruata, de quibus no. per gl. infra de offi. legat. c. quod translatio. & prout dixi de of. ordi. ca. quod sed. Not. quod translationes Episcoporum, & mutationes sedis numerantur inter causas maiores. Et quod dixi de mutatione sedis, intellige Episcopalis. Nam secus videtur de inferioribus per ea, quæ habentur infra de excep. præl. c. sicut vnire. inf. de eccl. adifi. in c. pe. No. quod ille, qui est in Episcopum vel Archiepiscopum electus, licet sit confirmatus, nõ dicitur Episcopus, vel Archiepiscopus ante quam sit consecratus, sed solum appellatur electus: facit quod no. gl. infra de reli. do. in c. r. & ita videtur hic intelligi in ver. Miramur Non ob litera, dum subiunxit Episcopare Archiepiscopum, & c. vbi videtur innuere contrarium, quia intelligo, quod appellat eum Archiepiscopum in spectu animi destinatione. Vel potest dicere, quod appellat eum Archiepiscopum, futurum, nõ autem, quod tunc vere sit Archiepiscopus a consecrationem. No. q. non dicitur fieri transitus de minori ad maiorem absque debita forma a iure permilla per id, quod habet in c. 2. & 3. inf. de cle. non resi. No. q. per actum confirmationis recipit electus in Archiepiscopum potestatem episcopalia ministrandi, quod qualiter sit intelligendum, patebit ex glo. pe. & quod etiam conferat confirmatio. habet supra de elec. c. transmissam. Et not. q. per confirmationem factam de electo in Archiepiscopum transferitur potestas confirmandi electos sibi suffraganeos. Item no. penam transferentis, & confirmantis Episcopum illegitime: quia illegitime transferens ad aliam ecclesiam suspenditur a potestate confirmandi, facit quod habet in fin. c. Not. q. poena debet imponi delinquentibus ad exemplum & terrorem aliorum, vt sic tollatur audacia similia perpetrandi. In glo. r. ibi. c. quamuis & quod fuerit illud priuilegium, dixi super litera. In ea. glo. ibi: Ab eodem principio, scilicet sacerdotium & imperium. Et istud est verum, saltem eo respectu: quia (vt dicit Host.) omnis potestas a dño Deo est, ad Rom. 13. & 11. q. 2. c. qui resistit, & p id quod habetur. 93. dist. c. illud. & 23. q. 1. quid culpatur. & similiter est potestas principis potest dici a Deo: sed potestas Papæ immediate processit a Deo, vt sequitur in glo. potestas verò principis immediate a populo emanat, vt dixit gloss. domi. Anton. hic dicit, quod multi communiter tenent, quod Papa habet habitum vtriusque potestatis. videlicet spiritualis, & temporalis, & hoc habuit a Deo, vt patet ex his, quod no. in c. nouit. infra de iudi. Exerctium autem temporalium olim habuit Imperator a populo Romano, sed hodie dicitur, hæc a Papa, qui hæt ipsum confirmare, & approbare supra de elec. c. venerabilem. Et propter hoc dicit ipse, quod assignari potest ratio, quare valet statutum factum ab inferiori a Principe, & non ab inferiore a Papa contra legem Papalem. De prima patet in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. De secunda patet. infra c. si. de offi. Archiepiscoperi, & de maio. & obed. c. quod super his. Nam ratio diuersitatis est secundum eum, quia in translatione potestatis facta in Imperatorem per populum populus sibi retinuit potestatem legis particularis condenda, vt in dicta leg. omnes

populi, sed ecclesiastici inferiores a Papa non, vni enim recipit potestatem ab eis, sed a Deo, vt hic patet. Ideo non possunt facere legem, vel statutum contra

ADDITIONES.

- Circa istam materiam de Patriarchis, & primatibus, dicas, quod licet sit verum, quod Patriarcha, & Primas differant in nomine, tamen idem sunt quoad quædam, vt no. in c. duo simul de of. ordi. nihilominus Patriarcha est maioris dignitatis & iurisdictionis, quam Primas, vt per Spe. in t. de iur. om. in. in ver. secundum canones. In ob. largo modo quilibet præfens, & quilibet ordinarius potest dici Primas, vt plene per And. Sic. in e. sane. de for. competent. & quom potestatem habeat Patriarcha, vide Specul. in tit. de dispensat. s. nunc breuiter. & s. sunt quoque. & ibi per Bal. in additio. in ver. quam potestatem habeat, & quæ sint iura Primatus, & quomodo debet formari libellus circa ea, vide Spe. in t. de off. ordi. & in tit. de maio. & obed. & de iurisdictione Patriarchæ in subditos suffraganeorum suorum. no. i. c. pastoralis, de of. ordi. & habetur in lumina Pat. sub dictio ne, Patriarcha, in ver. sed quæ est iuris. & de priu. quæ habent quatuor sedes Patriarchales vltra ea quæ habentur in c. antiqua, de priu. vide quæ habentur in c. graue, de præb. & in c. renouantes, & in c. 2. 2. dist. & vide D. Card. in cle. in plerisque. in 16. q. de elec. vbi dicit, quod quatuor sedes patriarchales, de quibus hic fit mentio, habent priuilegia Papæ pro quo facit quod voluit Spe. in t. de le. in §. 6. in ver. 15. vbi dicit, quod Patriarcha Alexandrinus, & Constantinopolitanus priuilegiati Episcopos deponere, sicut priuilegius Papa, de quo etiam habetur in c. q. sup. p. 3. quæsti. 5. & in ca. mos antiquus. 65. dist. & per gl. in d. cle. in plerisque, de elec. & generaliter de iurisdictione quatuor sedum patriarchalium, & de earum potestate, & dignitate, & ubi debeant constitui, & qualiter, & per quem debeat puniri, vide in c. multis. 17. dist. & in c. 1. & 2. multis. 17. dist. & in c. 1. & 2. dist. & in c. propter. 19. dist. & in c. submititur, & in capitulo. in tantum. 2. distinctione, & in c. nullus Prima. 3. q. 3. & capitul. & hanc quædam. 1. q. 3. & in c. dilectis simi. 12. quæsti. 1. & in capitulo. frater, & in c. placuit. 16. quæsti. prima. Et adde, quod omnes Patriarchæ possunt ante se ferre crucem ubique, præterquam in præsentia Papæ, vel legati Apostolici, de quo vide per domin. Cardinal. in clement. 2. de election. in 1. oppo. & an debeat præferri presbytero Cardinali, habentur in cap. constitutus, el. 1. in sup. scriptio. de appell. arguendo ab ordine literæ iuxta materiam c. aurius, de præbendis, in sexto. Quid autem de Patriarcha Gradensi, qui hodie est unicus Episcopatus Venetiæ, dicas, quod post illam unionem amplius non appellatur Patriarcha Gradensis, sed venetiæ, & de eo habetur, 32. dist. in cap. erubescant, & in c. ex literis Patriarchæ Gradensis, de of. delegat. & per gl. in cap. in illis. 80. dist. & habetur per gl. in Luxorem. in §. legauerat, ff. de legatis. 3. quæ facit mentionem Patriarchæ Gradensis, qui nunc appellatur Venetiæ, & quod ipse Patriarcha possit ante se crucem deferri facere, vide quæ habentur per gl. in cap. 1. ut licet pendente.
- Potentius. Ratio assignari potest, quia subiecta materia fortis operatur, quam verborum proprietates, cum secundum subiectam materiam verba improprietur. In l. olei. C. loca. in insulam, ff. eodem. quod tamen intelligi, vt signanter declarat Bartol. in l. si quis ante, ff. de acquir. possessione facit text. in ca. 1. infra de deponsa. impuber. vbi verb. debet, cum verbo, oino, improprietur ratione subiectæ materie. Se. Sa.
- Quam nominis proprii. Adde Fede. consil. 68.
- Consecratus. Vide Baldum in lege si nondum, post principium. C. de fur. vbi dicit, quod ciuitas interficiens electum, non incidit in poenam interficientis Episcopum. de isto. cita Episcopum, & in capitulo. nota 25. q. 2. vide etiam Bartol. in consil. 19. incip. quia hic agitur, co. 2. Ana. in c. meminimus, in fi. de accusat. Fel. in c. eam te. co. 1. sup. de reser. vbi ponit, ut Imperator dicatur Imperator ante coronationem, & quod Papa ante coronationem appellatur seruus seruorum Dei, & in hac materia ponit quatuor extensiones, & quinque restrictiones. Seb. Sap.
- Quod poena. Nam facultas venæ incensuum tribuit delinquendi, & si ea, quæ male usurpantur, omittimus, excessus uiam aliis aperimus.
- Populo emanat, ut not. glof. & Baldus in capitulo. 1. col. fin. ff. interdo. & uas. in usus feud. & an possit populus ei reuocare iurisdictionem, quam in eum contulit, & a quo eam habuit, not. idem Baldus quod sic in leg. fed. & reprobari in principio. ff. de accusat. tu. Item quod possit eum deponere in allegato. cap. 1. & eundem Baldus & Gul. de Cu. in l. non ambigitur, & ibi no. in add. ad ipsum, ff. de leg. vbi tenet, quod possit a populo deponi. Bart. tamen & Bald. sibi contrarius in l. fin. C. de legi. tenuit oppositum, & Alex. in l. §. ff. de requir. gl. in c. alius. 15. q. 1. Zachar.
- A papa. Et hoc est tutius tenere, nam Bar. in l. §. presides. ff. de requir. reis, refert, quod Dantes, qui tenuit oppositum in quodam suo libello, fuit de re resi post mortem condemnatus, & pro communi, & salutari opinio. vide pulchram extrinsecam incipientem, vnam sanctam, & vide glof. plenam in cle. ad nostrum, de har. §. 3. & quæ not. in c. causam, in §. qui fil. sint legit. & clem. pastoralis. de re iudi. & cad. apostolicæ, eod. tit. lib. 6. & canonur. de iudic. Calistus Amadeus.
- Condemnatus. Adde, an populus Romanus hodie possit legem condere, Roma. consil. 218. Adde etiam, quod hanc communem conclusionem sequuntur, & tenent Feder. in consil. 27. & Alex. in consil. 248. & in consil. 321. incip. Vilo themate mihi exhibitio. in 2. col. & in l. §. quod quilibet iuris, & Pan. in c. si. de consuetu. in 7. col. & quod clericis. de fo. comp. & Ioan. And. in c. si. de appellat. 6. in nouel. & late per do. Iaf. in l. omnes populi ff. de iustit. & iur. in 2. colum. quam tamen limita primo, nisi derogando & infringendo statuant contra ius commune ex causa euidenti, & necessaria, quæ moueret eam ipsam superiorem ad sic statutum per tex. sing. & vnicum in l. si hominem. ff. manda. quem ad hoc, & ad multa allegat Bal. in d. Lomnes populi. in 6. col. & pro notabili etiam amplectitur Pan. in c. si. in 7. colum. de consuetu. & in c. dilecti. de appell. & copiosus domi. Fel. in c. si. de constitu. in 28. colum. in versicul. bene facit l. si hominem. pro quo addo glo. optum. & menti tenendam in l. tale pactum. in fin. ff. de pact. quam ibi Bald. & Iaf. dicunt habere locum nendum in legibus, & statutis, sed etiam in conuentionibus, & rescri-